Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36450
Copyright: Melk, Benediktinerstift

vocatus malachias venit. recepitque ma
ledictum spumantia labra torquente. hor
rendis vocibus et motibus terrentem omnia.
ac toto corpore agitatum vix posse teneri
a pluribus. Et orans pro inimico vir to
tius perfectionis exauditus est. sed ex
parte. Nam illico quidem sancto orante ille
aperuit oculos et sensum recepit. Relic
tus est autem ei spiritus domini malus qui eum
colaphizat. ut discat non blasphemare.
Credimus eum vivere usque adhuc. et usque
ad hec tempora luere penam in sanctum certis
temporibus. tamen ferunt lunaticum esse.
Porro predicte possessiones cum iam pro sui
imbecillitate et inutilitate eas tenere
non valuit. in pace ad locum cuius extiterant
redierunt. Hec tenuit malachias post
multam demum vexationem. pacis obtentu.
Sed iam ad opus edificii quod malachias
aggressus est. sermo recurrat. Et quidem
non erat malachie non dico unde perficeret
sed unde faceret quicquam. erat autem cor eius
fiduciam habens in domino. Dominus vero pro
vidit ut si non sperante in pecunie thesauris
pecunia non deesset. Quis enim alius fecit
ut thesaurus eo loci reponeretur repositus
non reperiretur usque ad tempus et opus mala
chie. Invenit dei famulus in dei mar
supio quod defuit suo. Merito quidem.
Quid enim iustius ut cui pro deo non erat
proprium cum deo iniret consortium. et marsupi
um unum esset amborum. Fideli denique
homini totus mundus divitiarum est. Et quid
ille nisi grande quoddam marsupium dei. De
nique ait. Meus est orbis terre. et plen
titudo eius. Inde est quod malachias imper
tos argenteos multos non reposuit sed
exposuit. Nam totus nummus dei in dei
opus iubet expendi. Non suas non suorum
considerat necessitates. sed iactat cogita
tum suum in domino. ad quem utique recurrendum
non dubitat quotiens necessitas postularet.
Nec dubium opus dei esse quod deo re
velante malachias previdit.

Contulerat primum cum fratribus de opere illo
et multi pre inopia minus libenter assentie
bant. Inde anxius dubiusque quid ageret
cepit inter orandum vehementer inquirere
quidnam foret voluntatis dei. Et die
quadam de via regrediens cum iam loco ap
propiaret prospexit eminus. et ecce oratorium
apparuit. magnum lapideum et pulchrum
valde. Et intuens diligenter situm formam
et compositionem. cum fiducia arripit opus
prius quidem indicata visione senioribus
fratribus paucis tamen. Sane totum quod at
tente notavit de loco et modo et qualita
te tanta diligentia observavit. ut peracto
opere factum viso simillimum appareret. ac
si et sibi cum moyse dictum audierit. Vide
ut omnia facias secundum exemplar. quod
tibi ostensum est in monte. Eodem visio
nis genere id quoque quod in sabellino situm
est ante quam fieret prostensum est illi. non
modo oratorium sed monasterium totum.

Transeunte illo per quandam civita
tem et multitudine magna con
currente ad eum. casu vidit iuvenem inter
alios videndi se curiosum. Ascendit
lapidem et stans super articulos. erecto
collo oculis et animo intendens in eum.
quendam illi de novo zacheum exhibebat. Nec
latuit malachiam spiritu sancto quidem revela
te. vere illum venisse in spiritu et virtute
zachei. Dissimulavit tunc tamen tacitus
quo pertransiit. Ceterum in hospitio nocte
ipsa narravit fratribus quomodo illum vidis
set. et quid previdisset de illo. Die autem
tercia. en ille cum viro quodam nobili domino
suo. Cum aperiens votum et desiderium iuve
nis. rogabat ut a se commendatum recipere
dignaretur. et habere de cetero inter suos. Et
malachias agnoscens eum. non est opus
inquit. ut quem iam deus commendavit
homo commendet. Apprehensumque manu
sua tradidit abbati congano nostro et ille
fratribus. Ipse vero vivens adhuc ni
fallor vivens primus conversus laicus